

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum Ethicorum Philippi Melanchthonis

**Melanchthon, Philipp
Aristoteles**

Argentinae, 1535

VD16 A 3417

De discrimine Christianae doctrinae & philosophie

urn:nbn:de:bsz:31-106587

IN ETHICA ARIST.

Ita fit, ut quàm minimum deerret à uero, dum & ordine, & simpliciter docere studet. Est enim ueritas oratio simplex.

DE DISCRIMINE CHRISTIANÆ DOCTRINÆ, & PHILOSOPHIÆ.

Qui nihil inter Philosophiam, & Christianam doctrinam interesse existimant, & idem doctrinæ genus Philosophiam ac doctrinam Euangelij esse putant, ij in magno errore uersantur, & tamen huic opinioni applaudunt multi magni, ut uidentur homines. Sunt alij quidam illiterati, qui uociferantur præcepta Philosophica cum pietate pugnare, eaq; simpliciter damnant: qui quoniam in scitiæ ac stultitiæ suæ religionem prætexunt, planè sunt, ut est in prouerbio, ὅσοι ἄποτες μυσήγισα. Quanquam autem quid sentiendum sit de his studijs Philosophicis, sepe aliàs diximus: tamè quoniam hic locus proprie id postulat, breuiter & hic sententiam nostram recitabimus.

Philosophia nihil tradit de uoluntate Dei, nihil de remissione peccatorum, nihil de timore, de fiducia erga Deum. Tantum docet præcepta de æterna & ciuili consuetudine uitæ, sicut publicæ Leges ciuitatum. At Euangelium exponit nobis uoluntatem Dei, remittit peccata, pollicetur Spiritum san-

COMMENTARIA

Discrimē
Philoso-
phie &
Evangelij.

Am̄, qui corda piorum sanctificat, & uitam eter-
nam affert. Interea foris sinit nos uti moribus ciui-
libus, sicut cibo, potu, uestitu utimur. Et ut cibus, po-
tus, uestitus, res corporales sunt, quæ non pertinent
ad fidei iustitiam. Ita mores ciuiles, nō pariunt cor-
dis iustitiam. Proinde toto coelo errant, qui nihil in-
ter Philosophiam & Euangelium interesse iudicāt.
Nam Philosophia tota nihil continet, nisi præcepta
de externa actione, qua, ut ita dicam, tanq̄ in scena,
in hac ciuili societate hominū utendum est. Euange-
liū uerò longe alia profitetur. Non enim uenit Chri-
stus in mundū, ut præcepta de moribus doceret, quæ
iam ante norat ratio, sed ut remitteret peccata, ut
credentibus in ipsum donaret spiritum sanctum. Et
tamen, ut Magistratus approbat, ita ciuilem consue-
tudinem uitæ probat, uult mores esse ciuiles, & hu-
manos, hoc est, nō pugnantes cum ratione naturali,
seu cum iudicio rationis. Vt enim iudicium rationis
in alijs corporalibus rebus ualet, in ædificando, in
numerando, ita ualet in regendis moribus ciuilibus.

Quamquam enim ratio de uoluntate Dei iudica-
re ac statuere sine uerbo Dei, & sine fide nequeat.
tamen est bona Dei creatura condita ad iudicanda
ea, quæ sensibus subiecta sunt, quæq̄ ad hanc corpo-
ralem uitam retinendam ac regendam conducunt:
quibus in rebus si quis ea quæ ratio certa demōstra-
tione

IN ETH

one deprecandū.
quæ. Magis enim
de moribus, quan-
impari, obtemper-
tor a degenerant
in natura, amor
les mali affe-
phis, aut leges
Vult autem Di-
etiam, qui non
cui docuit Pau-
Viginti leges
pietate, ita nec
nate & leges
sententijs, quæ
manis, quas
communem
ledendam, fo-
gistratus g-
uanda, sum e-
aliud est Phi-
dum explic-
ra ciuitatis
& illuſtra-
pant, quā-
tate præce-

IN ETHICA ARIST.

tione reprehendit, aspernatur, is aspernatur Dei opus. Mansit enim in ratione iudicium seu notitia de moribus, quanquam affectus omnes sint, nec & impuri, obtemperent iudicio rationis, postquam natura degenerauit corrupta peccato originis. Heret in natura, amor nostri, amor uoluptatum, & similes mali affectus, quos non eximunt animis Philosophia, aut leges, tantum reprimunt seu coercent. Vult autem Deus aliqua disciplina coercenti illos etiam, qui nondum Spiritu sancto gubernantur. sicut docuit Paulus, quum ait: Lex est iniustis posita. Ut igitur leges Reipublicarum non pugnant cum pietate, ita neque philosophica precepta. Sunt autem nata & leges illae, & Philosophia ipsa ex quibusdam sententijs, quae diuinitus scriptae sunt in animis humanis, quas sepe uocamus Leges naturae, ut sunt, communem societatem esse iuuandam, neminem esse ledendum, sobolem esse alendam, parandum esse Magistratibus, gratiam esse reddendam, pacta esse seruanda, uim esse prohibendam, & similes aliae. Nec aliud est Philosophia, quam harum sententiarum quaedam explicatio, & enarratio. Enarrant eas, & iura ciuitatum. Sed Philosophi diligentius excusserunt, & illustrauerunt eas. Itaque aliquanto plura precipiunt, quam Legum conditores, qui ea tantum ex naturae preceptis excerpunt, quae ad ciuium tranquillitatem

Leges naturae

COMMENTARIA

ratem, & ad dirimendas controuersias, necessaria sunt. Philosophi autem omnia honesta, quoad ratio perspicere potest, colligunt, etiam si quaedam non omnino necessaria sint ad pacem: ut ius publicum non cogit dare egenti, cui nihil debes. At Philosophus iubet te colere beneficentiam. Iura non ubique ingratos puniunt. Philosophi ubique præcipiunt gratitudinem. Ex his intelligi potest, non pugnare Philosophiam cum Euangelio, imò ut Legibus publicis obtemperare rectum est, ita rectum est & Philosophicis præceptis parere: & probantur præcepta ad Rom. 2. uocat enim Paulus ueritatem Dei.

DIFFERUNT CHRISTIANAE

& Philosophicæ uirtutes.

HAtenus de doctrinae usu diximus, unde aliqua ex parte intelligi potest, quid inter uirtutes ipsas intersit. Philosophicæ uirtutes sunt, quæ honesta opera, & consentanea rationi, seu legibus foris exprimunt, & efficit hæc humana uoluntas suis ipsa uiribus. Sunt autem hæc in tanta imbecillitate naturæ, & in his insidijs diaboli exiguæ: quare sentiendum est ita nostras uires efficere posse honesta opera, ut egra corpora incedere possint: hæc enim & per se statim defatigantur, & leuiter impulsæ cadunt. Ita humane uires sæpe affectuum uehementia superantur, sæpe à diabolo præcipitantur ut ruant.

Nec

IN ETHICA ARIST.

Nec Philosophia aduersus hæc ostēdit efficaciam remedia. Nam effectus eijcere ex animo ratio non potest, ut amorem gloriæ, aut uoluptatum, cohercere aliquā tulum potest, & quidem apparet sæpe mirari Philosophos, unde tanta sit imbecillitas, tanta malorum affectuū seuitia in animis, hanc Christianæ literæ docent ex peccato originis existere. Est enim maleficio diuina debilitata natura, posteaquam Adā lapsus est, & de diaboli insidijs solæ Christianæ literæ docent. Philosophi quanquam uiderent quosdam designare immania facinora, & à communi natura abhorrentia, tamen auctorem flagitiorum talium non uiderunt. Poëtæ res ipsa cōgūt, quum nullam in natura causam tantæ immanitatis uiderent, dicere, tales agitari furij, ut in tragœdijs apparet. Debet itaq; nobis hoc quoq; nomine charior esse doctrina Christiana, quod tam clare ostendit nobis uitiorū humanorum causas. Deinde quod etiam remedium aduersus illa exhibet, promittit enim spiritum sanctū qui gubernet, & custodiat eos qui confidunt Christo

Christianæ uirtutes propriæ sunt, Timor Dei Fides
 fiducia erga Deum, diligere proximum, deponere uoluptatum & gloriæ amorem, castitas &c. Atq; hæc
 efficit in pijs spiritus sanctus.

Augustinus inquit se scripsisse alicubi hominem
 iustum esse, si uiuat secundum optimam sui partem:

R I A
 rias, necess
 est, quoad r
 si quedam non
 ut us publico
 bes. At Philo
 lura non abq
 præcipiunt g
 non pugare p
 Legibus pub
 est & Philo
 tur præcip
 tem Dei
 I A N A E
 stes.
 mus, unde d
 quā inter uir
 tutes sunt, q
 ni, seu legem
 ma uoluntas
 i imbecillitate
 ue: quare fer
 posse bonit
 ut: hæc enim
 impallid
 uelociter
 ur ut rurs
 Ne



COMMENTARIA

id recantat deinde dicens, nondum esse iustum hominem, si tantum secundum optimam suae naturae partem uiuat, sed si à spiritu sancto gubernetur. Porro externa iustitiam postulat Deus ab omnibus, adeoq; ab his etiam, qui non sunt renati ex Deo. Est igitur praestanda ut sepe diximus.

Postremo non obseruent studiosi Philosophiam de moribus externis precipere, Platonici imitatione Christianae doctrinae funxerunt καθεστῆκαε, uirtutes, quibus animi purgentur, sed illas nugae cõmentus est diabolus, ut obscuraret doctrinã Christianã, et opinionẽ faceret imperitis doctrinã Christianã, nihil differre à Philosophia, et rationis uires ad recte uiuendum, et ad omnes morbos sanandos satis esse.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.



Primum liber ethicorũ docet esse aliquem finem, ad quem homines proprie conditi sint, eumq; finem uocat felicitatem. Colligit autem certa demonstratiõne

finem hominis esse uirtutem seu actionem uirtutis, quia propria actio uniuscuiusq; rei finis eius est, sicut solis illustrare mundum, finis est ac proprium opus. Hominis autem propria actio est, actio secundum uirtutem. Nam uoluptates sensuum sunt nobis cõmunes.